



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1858**

LXX. Die Markgrafen Otto und Woldemar befreien die Stadt Stendal von einer Zahlung von 80 Mark Rente, weil Busso von Barby in einen geistlichen Orden getreten sei, am 10. Mai 1308.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

LXX. Die Markgrafen Otto und Woldemar befreien die Stadt Stendal von einer Zahlung von 80 Mark Rente, weil Buffo von Barby in einen geistlichen Orden getreten sei, am 10. Mai 1308.

Nos Otto et Woldemarus, dei gracia Brandenburgenses, Landesberge et Lufacie Marchiones, recognoscimus et ad univerforum noticiam tenore presentium publice volumus pervenire, quod religioso viro domino Buffoni de Barboy dicto sunt octoginta marcarum redditus abiudicati certis et veris sentenciis, et nobis adjudicati sentenciis memoratis, presentibus principibus, Baronibus, ministerialibus, militibus atque multis aliis hominibus fidei testimonio decoratis, ob id, quod ordini se tradidit, velud patet. Hanc quoque pecuniam idem Buffo a nobis habere deberet singulis annis, quibus viveret, et eandem sibi nostre civitatis Stendale cives, ut pote eorum patentes litere super hoc date lucidius docent, dare nostro nomine tenerentur, si ordo, cui se tradidit, non obstaret. Propter quod eciam nos predictos cives Stendalienses univerfos a promisso, quod super solucione pecunie ipsi Buffoni de Barboy prestiterunt, absolvimus, reddendo de hoc, ut testamur in sacri imperii examen, liberos penitus et exemptos, ita quod ipsi cives ex nunc nulli hominum ipsam pecuniam dare, quam cui dare assignaverimus, teneantur. Volentes eciam quemlibet hominem temera presumcione contrarium ponentem premissis sententiis aut dicentem de mero jure sacri Imperii convincere ac omnino mendacem reddere, ut pote evidenter per patentes literas protestamur. In cuius facti testimonium evidens presencia scripta super hoc confecta tradidimus nostrorum sigillorum autentico roborata. Testes eciam hujus facti sunt nobiles viri Dominus Albertus de Barboy, Henricus de Regenten, Hermannus de Roseborch et quam plures alii fide digni. Actum et Datum juxta Tangermundis circa Albeam, Anno Domini MCCC octavo, in die beatorum Gordiani et Epimachi martirum.

Nach dem Originale des Stendalschen Rathesarchives No. 40.

LXXI. Die Markgrafen Otto und Woldemar bekunden, von der Stadt Stendal ein Darlehn von 80 Mark Silber empfangen zu haben, am 6. August 1308.

Nos Otto et Waldemarus, dei gratia Brandenburgenses, Landesbergenfes atque Lufatie Marchiones, omnibus tenorem presentium percepturis volumus esse notum, manifesta recognitione presentibus publice profitentes, quod dilecti nostri consules et Burgenses Stendalienses nobis ad nostram necessitatem Octoginta Marcas argenti Brandenburgensis mutuo prestiterunt, ejus pecunie mediam partem ipsis promissimus descindendam, videlicet XL marcas in festo Sancte Walburgis proxime affuturo de pecunia, quam nobis dare illo tempore tenebuntur, Et in festo B. Martini Episcopi proxime subsequenti ipsis residuas XL marcas, quas nobis tunc dare deberent, promissimus defalcare. In hujus liquidem promissionis evidentiam presentes lite-